

1537

A S C E T I C I.

1538

Scholasticos pertinet Scriptor, quod et phrasis prodit, cetera Historiae etiam profanae non imperitus. Extrema Tractatus defunt.

DCLVIII.

R. 3317

Codex membranaceus lat. Sec. XV. Folior. 151. f. per duas columnas nitidissime exaratus, et coloribus speciosus complectitur I. *Ruperti Tuitiensis Abb. Libros XIII. de Victoria Verbi Dei*, prout extant in Edit. *Veneta* T. III. 1749. p. 514. f. praemisso alio prolixo *Capitulari*, quam, quod Editioni subiectum est. Adest Praefatio ad *Cunonem Abb. Sigebergensem: Nuper cum tu hospes &c.* Textus integer et sincerus est.

II. fol. 105. Incipiunt *Epistole beati Bernardi de claravalle ad diuersas personas. Prima sua ad Rudpertum fugitiuum Monachum reuocatoria.* XLI. Rubricae sunt, primamque illam *Epistolam* praedit *Narratio e Vitae Bernardi L. I. c. 11. T. VI. col. 1083.* qua scripta refertur *extra claustrum in medio imbre sine imbre.* *Epistola Maurianis XXXII. ad Abbatem S. Nicasii Remens.* nobis inscribitur ad *Gwidonem Iansenen. Episcopum.* Praeterea inter *Epistolas* hic occurrit *Tract. de Baptismo ad Hugonem de S. Victore*, ut habetur edit. *Maur. T. II. col. 625.* *Tract. ad Innocentium II. contra Errores Abaelardi*, ut col. 643. *Epistola ad Severinum Monachum de Caritate*, quod Opusculum e

*Richardo Victorino, Bernharde et Petro Blesensi* compilatum legitur T. V. col. 389. absque *Severini* nomine simpliciter *de Caritate* inscriptum, nobisque primis *Richardi 4. Capitibus* ita terminatum: *et quam se ipsum. Et hec de his sufficiant.* Ubi *Mauriani: et quam se ipsum. de aliis*; manifesto argumento, etiam eorum textum hic interruptum fuisse. Agmen nobis cogit, sed sine multatus *Sermo beati Bernardi abbatis de moribus infantum*, quem quidem hoc Rubro frustra quaeres. T. V. col. 373. inscribitur: *De ordine vitae et morum institutione*, incipitque: *Hortatur quidem timidam mentis meae &c.* nec *Bernardi* est, sed iudicio *Maurianorum* cuiusdam *Benedictini.*

DCLIX.

Codex partim membranaceus, R. 3329 partim chartaceus lat. germ. Sec. primum XII. tum XV. Folior. 128. 4. parte priore eleganter exaratus et rubro enotatus inscribitur: *Christianus ad solitarium quendam de imagine mundi. Solitarius* hic, ut bis in margine expressum legitur, *Honorius est Augustodun.* Opusque istud pluries hoc *Vol.* refertur. Praedit *Epistola Christiani*, in qua lege et positionem orbis pro *Expositionem*, cum *Honorii* responso, in quo malo in *scientie profundo* quam in *scientia profundo*, item tibi *depingi formulam*, quam tibi *depingam formulam*, ut habent. Edita T. XX. *Bibl. PP. Lugd.*

D d 2

1539

## CODICES

1540

Lugd. p. 966. quibus etiam post verba: *in aliis occupato addo e Codice: et multis ut scis animi molestiis pregrauato.* Catalogo Imperatorum, in quem opus definit, et in Editis in *Fridericum* exit, nobis additur: *Fridericus* (regn. ann.) XXXVIII. et ab alia manu: *Henricus filius eius VIII. Philippus frater eius rex. XI. hic Babenberch ab ottone palatino fraudulenter occiditur.* Id quod accidit anno 1208. Subnexa est continuo *Rom. Pontificum Series*, quam *Honorius* certo certius in sua *Imagine Mundi* Imperatorum Catalogo vel praemiferat, vel addiderat, quae vero in Editis divulgata et post *LL. de Philosophia*

*Quidam magnorum fuerat rex theotunicorum  
Ex incarnati Pippinus tempore christi &c.*

et extat impressum in *Chronico hujus Monasterii Ratisb.* 1748. p. 128. 4. Exemplar tamen praefens non consuluit Archivarius editor; non enim scripsisset *Christove donati*, aut *At testatur haec*, ubi nos rite legimus *Christove parati*, et *Ac detestatur haec*, et similia. Ad-dita est huic Poematio Versio Theotisca, quae ita ingreditur: *Nach christi gepürde Sibenhundert iar waz ein tewtseher mächtig starker Chumig gehaizzn Pippinus Stifter vnd christi den zeiten gewältig vnd sighaft vnd reigsent in franchreich von rechtes wegen seinen vadern. Der selb chumig pipinus het pruder leichen form vnd regl wol ziert allenthalben mit*

*Mundi* ad p. 1026. reposita est, cumque hic in *Innocentia II.* et a. 1130. fistat, nobis ad *Adrianum IV.* adeoque a. 1154. progreditur.

II. fol. 40. et deinceps in charta Sec. XV. Preces ad Indumenta Episcopi Sacra facturi cum Benedictionibus per annum.

III. fol. 48. *Speculum Sacerdotum.* Est institutio circa administrationem Sacramentorum Baptismi, Eucharistiae, et Poenitentiae, quae incipit: *Materia baptismi debet esse aqua pura &c.* et jam eodem Sec. typis vulgata est.

IV. fol. 64. Carmen de Fundatione Monasterii *Lunaelacensis* quod incipit:

*manigen tünkten, vnd waz, alz wir wizzn, der erst in dem reich gehaizzen Otilo &c.*

V. fol. 73. Lectiones breves de Sanctis, vel *Martyrologium* ab Adventu inchoans et mense Junio in *Primo et Feliciano* abruptum; Initium: *Aduentus christi agitur per quatuor septimanas &c.* De Festo Trinitatis ita traditur: *Karulus christianissimus imperator rogauit Alcainum magistrum suum, ut hystoriam de sancta trinitate componeret, per quam errores (Felicitis et Elipandi?) eliminaret et fidem catholicam edoceret, qua composita ordinatum est, ut id festum solempniter celebraretur.* *Honorius Augustod.* autem in *Gemma Ani-*

1541

A S C E T I C I

1542

*Animae* L. IV. c. 117. ait, *Alcuinum* a *Bonifacio* Archiep. rogatum, ut Missam de hoc Mysterio in die dominico institueret, additque: *quod Romani non recipiunt.*

VI. fol. 97. Συλλογή Exempiorum e variis Libris v. g. *Vitis Patrum* lectorum, quorum veritatem praestabit, qui volet.

VII. fol. 107. *Vita sancti Wolfgangi episcopi* cum Prologo, qui incipit: *Fratrum quorundam nostrorum hortatu sedulo infimus ego O. cenobitarum sancti Emmerammi compulsus sum &c.* *Othlonus* hic est, cujus plura Scripta dedit *Pezius* T. III. *Tbes. Anecd.* P. 2. a col. 141. et inter alia col. 613. *Prologum* nostrum, *Vitam* ipsam jam praeoccupante *Mabilonio* Sec. V. *Benedictino* p. 812.

VIII. fol. 117. Codicem absolvit *Hymnarium* ecclesiasticum mutilatum principio, et partim glossatum inter lineas.

DCLX.

R. 3355 Codex membranaceus lat. Sec. XII. XIII. et XIV. Folior. 250. 12. ex Opusculis temere congestis maximam partem nitide scriptis constat, quorum hic est Ordo: I. *Speculum*, ut e calce adsumo, *Peccatorum*. Initium: *Quoniam in via huius vite fugientes sumus &c.* Olim *Augustino* tributum, quo multo posterius est, nunc legitur in *Append.* T. VI. edit. *Maur.* col. 155. non sine Textus variationibus.

II. fol. 16. *Glossula in theodulum*. Autor hic incertae aetatis, non tamen ultra Sec. X. proferendus jam *Vol. I. P. 2. col. 2311.* a me repraesentatus est. Commentatos in illum video fuisse *Bernardum* clericum *Ultraject.* *Steph. Patringtonum* Anglum, et Anonymum quendam, quem, teste *Leysero* in *Hist. Poet. med. aevi* p. 298. vetus Bibliotheca Acad. *Juliae* servat. At en, ut fallant Tituli! Pro Commento in *Theodulum* primo hic habes Commentum in *Boethii* *Metrum* 9. L. III. *de Consolat. Philos.* quod incipit: *O qui perpetua &c.* Non est depromptum e *Thomae Aqu.* adscripto Commentario, qui *Boethium* in antiquis Editionibus stipat, ut docuit Collatio; neque ego alium Expositorem *Boethii* Sec. XIII. vetustiore novi; hoc enim Seculo Exemplum nostrum exaratum est. Scatet istud vocum compendiis, et incipit: *O Qui Perpetua. construitur. O pater. da menti b. in au. se.* (augustam sedem) *id est summum b.* (bonum) *quod dicitur regalis sedes &c.* Absoluto hoc Commentariolo tandem fol. 23. *Theoduli* expositor incipit, et quidem ab Epistola dicatoria: *Lecturus aliquando theodulum pueris, quibus docendis doctorem doceri, quam docere aptorem me profecistis, primum quidem in his, que extra queri solent, debinc in historiarum fabularumque misteris eos cepi rudis rudes erudire.* Multis dein homo ingeniosus et acutus differit, quam

D d 3

aegre